



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

23. Melior mors quàm vita amara.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

stragulam vestem plicant, aut operimenti quasi villos ^A
deceperunt. Preter hæc subinde quedam velut prælia
sunt quæ mortem appropinquantem non vanè nuntiant.
Augustus Imperator ante efflatam animam subito pa-
vesfactus, à quadraginta fæ juvenibus abrupi questus est.
Id quoque magis prælagium, inquit Suetonius, quàm
mentis alienatæ signum fuit. Siquidem totidem Præ-
toriani milites, eum mortuum in publicum extule-
runt.

Platarch. &
Arrian.

Cum Alexander Rex Macedo ad Babylonem navigaret, exortus ventus regium capitis ornamentum & alligatum ei diadema rapuit, ornamentum in aquas delapso, palustri arundini adhaesit, diadema. Hoc ei nautis quidam allatum iit, sed ne illud natando maderaceret, capiti impoluit, atque sic Alexander retulit. Muneri loco talentum accepit nauta, sed mox Chaldaeorum monitu capite plexus est. Sed nec Alexander mortem effugit, quam ei ablatum diadema proximam portendit.

Baron. tom.
12. anno
1185. Vide
consider. de
Æternitate
Consid. 5. §
3. Cap. 1.
§. 38. suprà.
Chronicon
Monasterii
Menach.

Anno Christiano 1185. cum ingens, idque ultimum
Andronico Comneno Imperatori exitum immineret,
Constantinopoli in templo statua beati Pauli, quam ei
Andronicus posuerat, ibertim fleuit. Nec vana fuerunt
lamenta, quae Imperator sanguine suo diluit.

prælagam quas impetatoris
 Creglam fonnium Guilielmi Ducis Bavariæ jam su-
 præ naravimus. Huic fangis cognati virginem ad-
 ftrituimus. Barbara Bavariæ principis, quinquennis cœ-
 nobium virginum Monachii est ingreffa. Hanc Rex
 Gallie conjugem fibi petiri à Duce Alberto fratre ger-
 mano Barbaræ. Hoc cum innotuiffet puella, triduum
 petuit deliberationi. Et illo quidem tempore remotiffa
 fe arbitris, cum folo Deo egit, ardentè fapius preca-
 ta in tempore, divinæ voluntati explorande. Elapfo tri-
 duo respondit: Mei parentes me Deo donarunt, hoc
 ego donum non revoco. Ita in cœnobio perman-
 fit. Inter alia fibi conceffa habet amarum tan propo-
 digiofe magnitudinis, ut huic portandæ vix duo viti
 fuffecerint. Grandem deinde caveam avibus plenam
 aluit. Sed & torquem aureum fub falo velamine, nu-
 do corpori applicum gelfavit. Verum quatuordecim
 diebus ante obitum Barbaræ, amarus concubitus
 exaruit; nocte altera omnes aves reperta funt mortuæ;
 tertiâ demum nocte medius torques rupit. Bar-
 bara prælagi animi virgine, Antiftitam conveniens: Hæc
 omnia, inquit, me petunt. Et paucis poft diebus cum
 annum ageret decimum feptimum, obiit, die Divo
 Ioanni Baptiftæ fano, anni 1472. Poft illuftriffimæ
 hujus virginis mortem decimo quarto die; alia è mo-
 nialium numero defuncta eft, hanc iterum alæ atque
 adæ fœcure fuit moriendo, dum viginti virgines, ex eâ-
 dem fœcra familia certis intervallis obierunt.

Dicto lib.

Habent subinde viri principes feminaeque mortis suae praesagia, insolitos latratus canum, rugitus leonum, intempestivos in horologiis sonitus, nocturnum in arcibus tumultus, aliaque propinqua mortis indicia. Rectissime dixit Plinius: Cum innumerable sint mortis signa, saluti securitatem nulla sunt. Quid vero illa omnia monent, nisi hocipsum: Memento te esse hominem, ò homo! Aeternitatem cogita ad quam properas: Brevi est eundem, nam hoīes et caesare viam: Age sis para te, ad Dei tribunal reorū omnium scopulum vocaris. Qualis vixisti, talis iudicaberis.

§. 21. *Quid ad mortis nuntium respondendum.*

Paulinus in
vita Am-
brosii.

Beatus Ambrosius, accepto mortis nuntio, cum amici lugerent rogarēque ut longius vitæ spatium à Deo posceret: Non sic vixi, ait, ut me pudeat inter vos vivere: sed nec mori timeo, quia bonum Dominum habemus.

Sapientissimum hoc responsum Augustinus plurimum suspexit, & apud suos tanquam climata proflus & librata verba maximopere commendavit. Ideo enim dixisse censuimus, *Nec mori timeo, quia bonum Dominum habemus*, ne crederetur de purgatissimis suis moribus praesentius sentire, qui magis Domini bonitati, quam suis meritis fidebat.

Ipse Augustinus, ad mortis nuntium nil turbatus: *Possid. in vi-
ta Augustini*
Non erit magnus, inquit, magnum putans quod ca-
dunt ligna & lapides. & mortales moriuntur. *c. 27.*

Aurei oris orator Chrysostomus paullo ante mor-
tem, exul ad Innocentium scripsit : Nos tertium jam
annum in exilio versamur, expositi petentibus, fami-
bello, contumaci incurfionibus, solitudini inenarrabili,
quotidiane morti, Iusticie gladiis. Cum vero jam ef-
flet acturus animam, clare pronuntiavit : *Gloria tibi
Domine, de rebus omnibus.*

Divus Cyprianus ob Christianam religionem capite
damnatus, ingenti spiritu dixit: Deo gratias, qui me
corporis vinculis dignatur absolvere.

Hos sanctissimos viros imitetur moriturus, dicatque hoc ipsum sæpius : *Deo gratias; Gloria tibi Domine, de rebus omnibus.* Sat mihi vigiliatum inter spinas, sat lulum inter feras, sat laboratum inter procellas. Nunc, quia vigiliatum, & lulum, & laboris finem video, *Deo gratias; Gloria tibi Domine, de rebus omnibus.* Nimirum, quibus vita est radio, mors est lucro.

6. 22. Mors dulcissima, sed pessima.

Georgius Clarentia Dux à fratre Eduardo IV. Angliae Rege ob suspitionem affectati regni iussu est mori, tamen mortis optate. Ille suavissimam mortem electurus, labrum vini Cretico impleri præcepit, in hoc ipse fe collocauit, atque ut alii per stillicidia emittunt animam, sic ille dulcissimum liquorem sorbendo, stillam admisit mortem, submersus tandem in hoc tam suavi sed letali balneo.

Si mores spectemus, ah quanti se moriuntur! Voluptatem mellis porionem tam intemperanter bibunt quam fictitium, nec ullum faciunt aut siccitatem aut bibendum. Ita dum fugiunt, dum lambunt, dum sorbent, dum tota animâ in se trahunt voluptates vanas, breves, fictas, poenitendas, heu miseri guttatim exitium combibunt, ventris acclibidinis mancipia. Atque quò avidius mellis hanc mortem hauriunt, eò citius se submergunt. *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.*

Singula e
nim gutta
jugulant.
Iob c. 21,
v. 13.

§. 23. *Melior mors quàm vita amara.*

Praestat semel mori, quam ad mortem sapius ac
cedere. Quotidie morimur, infantiam animamus
deinde pueritiam, deinde adolefcentiam; usque ad he-
sternum, quidquid transiit temporis, perit, nec sine la-
bore, ac ærumnis pluinis. Has Gregorius Nazianze-
us compendio complexus: Nullum, inquit, inter ho-
mines bonum est, quod non aliquid habeat admixtu-
rum vitii; opes, sunt inuidiæ; paupertas, pedica est; digni-
tatem fastus, meta sunt infomniæ. Imperare, pericul-
sum; alterius imperio lubesse, molestum: iuventus ele-
temporis feror; canities, tristis vite occasus. Gloria
est aër; nobilitas, verus sanguis; matrimonium, est vi-
culum; liberi, sunt leges curarum: satietas petulantiam
egestas impatientiam suadet. Omnia denique mortal-
bus laboriosa sunt; omnia humana merus metus, risu
fluctus; merus status, fumus, volatus. Quidquid in or-
be cernitur orbis quidam est perpetuè conuersione sim-
bilis est, modò viderit stabilius, modò du-
bilis est, modò labilis, diebus, noctibus, laboribus, tem-
poribus, meritoribus, voluptatibus, calamitatibus, tempo-
incertus ac varius. Et quid demum post illa tam incerta
Mors certissima. Eleganter propterea Augustinus: Mo-

Eternitatis Prodromi Caput III.

75

sola, inquit, certa est, cetera sunt incerta omnia. Conceptus est puer, forte natus, forte non natus, sed abortu perit. Si natus sit, forte crescit, forte non crescit; forte senescit, forte non senescit; forte dives erit, forte pauper; forte honoratus erit, forte abjectus; forte uxor ducet, forte non ducet; forte habebit filios, forte non habebit; forte egrotabit, forte non egrotabit; forte a bestia devorabitur, forte non devorabitur. Nunquid possumus dicere: forte morietur, forte non morietur.

Divinae paginae Regis Alexandri fatum ita depingunt: Et post hac decidit in lectum, & cognovit quia moreretur. O quanta vis verbulo, Post hac, & illi, decidit, sed & isti, quia moreretur. Orbem, imò orbis plures victoriarum spe jam devoraverat Alexander; & Eternis annalibus dignissima gessisse sibi visus est: nihilominus post tot tantisque victorias, victus cecidit, non modo in lectum, sed & in tumulum, sarcophago contentus. Refert Petrus Alfonsus, Alexandro jam vitæ facto, complures philosophos confluisse, qui super regio funere varia pronunciarent. Fuit, qui diceret: En, imò quatuor ulnarum spatium ei satis est, cui spatiofissimus terrarum orbis non suffecerat. Subjungit alter: Heri potuit Alexander quos voluit a morte liberare, hodie non potest seipsum. Aureum defuncti loculum contemplatus unus: Heri, aiebat, Alexander ex auro fecit thesaurum, jam mutatis vicibus thesaurum ex Alexandro facit aurum. Ita dictis eruditè certatum est; omnium tamen una erat vox, quæ divini oraculi: Post hac decidit in lectum, & mortuus est.

Quæ pan-
dunt aditū
morti.

Zeeli. c. 30.
v. 17.
Greg. Naz.
orat. 19.

Apoc. c. 14.
v. 13.
In Domi-
no mori
quid sit.
Isaac. 1.
v. 2.
Mortuus
est Moses
servus Do-
mini.

§. 24. Beatitudo mortis.

Scripte: Beati mortui qui in Domino moriuntur: amodo enim illorum sequuntur illos. In Domino mori, idem est, quod mori servum Domini, uti de Moise sacra pagina loquitur: Moses servus meus mortuus est. Quasi Dominus diceret, inquit Cajetanus, Licet quandoque peccaverit, & peccando non fuerit servus meus; attamen mortuus est servus meus; mortuus est in statu servitutis mee; mortuus est sic, quod quidquid erat, & quidquid operabatur, meum erat; servus enim totum quod est, domini est. Et talis servus Domini, illud Simeonis carmen in ipsa morte moduletur: Nunc dimittis servum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace. Omnino in pace, eaque æterna, ad cuius statim initium, omnium proborum hominum bella finiuntur, æternum non resuscitanda. Tales etiam servi Dei in Domino moriuntur, qui in Domini sinu quasi morientes conquiescunt, & sic quiescendo suaviter in mortem ob-

Tom. I.

A dormiscunt. Ita Stephanus inter ipsos saxorum nimbos, Ad. c. 7. in tanto lapidanti tumultu & fremitu, obdormiuit in v. 60. Domino. Ita & Lazarum amicū suum Christus dormire loam. c. 11. dixit. Sic & Moyses servus Domini mortuus est jubente v. 11. Domino, vel ut alii exponunt, super os Jehovah, seu, ex osculo Jehovah; hoc sensu: Sicut mater infantulum brachiis suis indormiente deosculatur, & sic in lectulo blandè reponit; ita Moyses, seu dormientem infantem, Deus per osculum & amplexū in sinu Abraham quasi in lectulo collocavit. Nimirum, Cum dederit dilectis suis somnum, Psalm. 126. ecce hereditas Domini. Beati ergo tales mortui, & nimirum beati, quia nunquā amplius futuri miseri. Bona, inquit Bernardus, mors iusti propter requiem, melior, propter novitatem, optima propter securitatem. Beati, tēūque beati tales, opera enim illorum sequuntur illos: sequuntur tanquam famuli suum dominum, tāquam filii suum patrem, discipuli suum præceptorem, milites suum ducem, nobiles suum regem; sequuntur usque ad tribunal Dei; deducunt & comitantur usque ad supremam Dei curiam, quod hi soli nobiles famuli admittuntur. Atque uti quantum quisque dives sit ac nobilis, ex famulorum cum numero, tum ornatu cognoscitur: ita qui ante Regem gloriæ dignè apparere cupit, sibi de tali familiā provideat, curēque ut ea se stipet, sicque quam numerosissima & ornatissima. Et licet bona opera nostra præcedant nos merito, sequuntur tamen præmio; labor qui in illis, præit; merces quæ ab illis, subsequitur.

§. 25. Valedictio morientis ad vivos eadem viā secuturos.

Quædam me peniteat, multa sunt; virtutis sæpius neglecte, & temporis male consumpti. Quam potuissimè, imò debuissimè fuisse patientior, submissior, & quotidianæ mortis studiosior! quantillius in me divini amoris igniculus spiravit! Miserere mei Deus, miserere mei, secundum magnam misericordiā tuam: parce peccanti, o infinita bonitas, per filii tui sanguinem & mortē te precor. Sed & vos quoque offendi dictis vel factis, ignoretis; farentem habetis reum & dolentē: atque hoc mihi abituro viaticum non negate, offensionum mearū omnium veniam. Ne quælo exemplo meo, quod sæpe pravum fuit, vestra decreseat virtus. In oculis vobis sunt sanctiorum mores & vita, ad quam & vestra sese cōformet: illorum patientiam, submissiōnem, obedientiam accēsis studiis æmulamini. Sed & vobis gratias ago maximas, quotquot mihi benefecistis; quotquot me iuvistis seu manu & opere, seu curā, consilio & amore. Deus, bonorum fons inexhaustus, & amoris pelagus immensum, vicem reddat amoris vestro. In eos certe bonus hic Deus liberalissimus esse solet, qui toto se ipsius sanctissima providentiā committunt. Preclarissima quidem virtus est Obedientia, & sine quā reliquæ in homine religio, nec virtutes quidem sunt. Summè necessaria est Patientia. Excellētissima est submissio, siquē ipsius contemptus. Christo charissima virtus est paupertas: Virtutum regina Charitas est. At verò præ cæteris virtutibus omnibus singulare quid Fiducia in Deum præ cæteris virtutibus habere mihi videtur. Fiducia in Deum, & plena summet in divinam providentiā resignatio, quam & sacra pagina adeo commendat; quæ & regio vari continū in ore est; quam demum Christus tot argumentis, à floribus etiam & ayiculis petitis perluadere conatur. Hujus fiduciæ vires, & quæ illam animi tranquillitas sequatur, nec nosse, nec aliunde notas credere potest, qui non semper atque in omni re, maximā, minimā, perfectissimē Deo fidit, divineque Providentiæ ac voluntatis se totum integerrimè permittit. Neque hominum ulus est, puto, qui hac in Deum spe fiduciæque fuerit, & non sapius arcana in se mitacula deprehenderit. Fidamus Deo, nosq; totos divine dispositioni, quā possumus plenissimè credamus: ipse provalebit, ipsi erunt de nobis. Ego quidem, quod cernitis, ad Dei tribunal citor, rationem

G 2